MAGNUM LEGENDARIUM AUSTRIACUM (PARS IV: 1.7. 1.9.)
Melk, um 1470 Seite 91r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36451
Copyright: Melk, Benediktinerstift



na que lumen suum sibi soli prebebat
omnibus corruscaret: et non esset abscon
dita que prebitura erat omnibus me
dicinam. Tandem inuentus qui e
rat iam dei securitate protectus: et
ad forum cum omni uelocitate perducitur
Vbi cum asterium et euticium presides
quos potestas impia ad opus persecu
tionis promptissimos habere consue
uerat repperisset: in conspectu eorum
sancti dei stare fecerunt. Nam tanta
et acerba ferocitas eorum erat in xpia
nos: ut non solum sibi inperata summa
auiditate compleret: sed etiam pro
honoribus ac dignitatibus ista quod animi
compararet. Hanc ergo maxi
mianus crudelis et iniquus infert
dedisse sententiam: ut ubi xpiani
latentes ab eisdem inuestigari pos
sent. quibuslibet tormentis afflicti: si
dyis sacrificare contemnerent. uite sue
terminum darent. Presides uero
residentes pro tribunali: sancti uictorem
uocauerunt. ad quem blando sermone
ita exorsi sunt. Victor debes ama
re principum dignitates: homo roma
nis legibus uiuens. Quibus sanctus
uictor ita R. Et a quibus melius
eligitur imperator: nisi ab omnibus xpia
nis? Assidua enim nobis et uigis
oratio est. ut per lixius eum in hac luce
conficiat: ac iusta populos potestate
moderet. et pacatum maxime in pro
sui tempus agnoscat. Presides
dixerunt. Hec et ipsi laudamus. sed
obsequium tuum plenius imperator intelligat.
prius sacrifica dyis. et ista benedixisti.
Beatus uictor R. Ego creatorem
omnium timeo deum meum et diligo.
qui uerus et magnus est. quem etiam pro
salute imperatorum sine cessatione ob
testor. deprecor et exoro. nec sacrifi
cium demonibus illi erigere. nec
nos debemus exsoluere. Vt quid enim
idolis sacra persoluit. a quibus nec salu
tem recipit. nec ueniam sperat. nec
remuneratione ditatur. verum etiam et
animi detrimenta conquirit? Illi e
nim debemus sacrificare. qui hominem
corporis sui sacrificio reparauit in
melius. Qui etiam nullo indiget
dono: nec cruore pecudum delectatur.
Presides dixerunt. Vt cernimus
philosophari: et te loqui multum
delectat. Sacrifica optimo ioui.
magis quam illi quem predicas cruci
fixo. quia uana sunt ista que gerit.
Sanctus uictor R. Illius cruciatus. no
stra salus esse dinoscitur. Nam si
commotus fuerit: quis ei resistit?
Cuius mine ut cernimus separant
montes: et ira sua iniqua sub
uertit. Qui responderunt. Apud
quos hec loqueris. et ista uerbosaris
agnoscis? Quibus sanctus uictor R.
Qui me interrogant noui. quod dixeri
memini. xpianus sum sepe iam
dixi. Quid uultis preparare nobis
tormenta? Audientes hec presides
dixerunt. Hoc tibi uidetur. et ista omnia
pertractas? Victor dixit. Tractatus
ac deliberatio mea incipit in hoc
et finit. Cui dixerunt. Miserrime
omnium deciperes nos loquendo. si
conditione tua nauta te fuisse for
sitan nesciremus. Sanctus uictor R.
Non solum nauta: sed etiam gubernator
adiuuante me domino fui. Vnde qui
creauit me ipse me modo gubernat.
tuetur et adiuuat in quo spem posui.